CAPUT XIX.

De Remediis Cephalicis.

§. 1.

Remedia certis partibus destinata.

HActenus de Medicamentis *Universalibus*, promiscuè partes quasvis respicientibus, quædam annotavimus, proximum jam est, ut ad *Particularia Remedia* deveniamus, quæ specificè hanc vel illam *Corporis partem* respiciunt. Ubi ante omnia quidam non tantùm in dubium vocârunt, sed & prorsus negare ausi sunt, talia Remedia existere, quæ præcisè hujus tantùm, vel illius membri Affectibus medeantur, ac interea aliarum partium morbos intactos relinquant, cum tamen liquidò constet, nullum ex his specificis Remediis esse, quod non suis viribus plurium partium ægrotationibus profligandis conducat. Adeoque respondemus dicendo, plura omnino talia Medicamenta particulas obtinere, variis morbis cum fructu opponendas, sed tamen, quoniam hæc *Remediorum Specificorum* discretio multum confert ad inventionem Medicaminum, in variis casibus proficuorum, non putamus operæ pretium esse, ut hic à Veterum Doctrinâ docendique methodo discedamus. Adde quòd, sicut *Illustris Boyleus* multiplici experientiâ *specifica* plura remedia adinvenit & probavit, ita non improbabile sit, horum Medicaminum particulas magis esse conformatas & configuratas hisce, quàm illis partibus penetrandis, aut deobstruendis, vel alio aliquo modo specifico afficiendis.

Cephalicorum destinatio.

§. 2. *Cephalica* hinc Remedia ea dicimus esse, quæ variis Calvariæ & Cerebri morbis mederi apta

nata

nata ſunt. Cùm verò Affectus tales, vel in ſolidâ ſubſtantiâ, vel in humoribus, vel tandem in ſpiritibus deprehendantur, Tabula ejuſmodi Pharmacorum ex iis omnibus concinnata eſſe debet, quæ ſingulis illis juvandis proſunt. Et quidem ſi reſpiciamus partes ſolidas, tubulos nimirum & vaſa, ſicubi in hiſce occurrat aliqua obſtructio, à pituitâ viſcidâ, proderunt ea, quæ conſtant particulis ſalſo-volatilibus oleoſis, validè incidentibus, attenuantibus ac deobſtruentibus, quemadmodum ſunt *Folia Thée*, *Salviæ*, *Betonicæ*, *Meliſſæ*, &c. ut & *Spiritus volatiles* v. gr. *Spiritus Salis armon. ſimplex*, vel *oleoſus* redditus, v. gr. *fœniculatus*, *aniſatus*, &c.

§. 3. In cenſu Remediorum ejuſmodi cephalicorum, non immeritò eminet *Herba* illa *Thée*, modò vera, genuina, & virtutibus adhuc excellentibus dotata haberi poſſit, aliàs enim maximopere falſificata noſtras in Regiones defertur. Genuinam verò iſtam herbam, alcalino-ſalinis & balſamicis volatilibus particulis conſtare, Medici omnes uno affirmant ore, qui eandem probè examinârunt; ubi Diſſertatio *Joh. Jacobi Waldtſchmid* piæ memoriæ, de hac Plantâ pulchrè ſcripta, & noſtrum quoque Herbarium conſuli poterunt. Succedanea Herbæ Thèe nonnulla habemus, quemadmodum ſunt *Veronica*, *Majorana*, *Roſmarinus*, *Betonica*, *Serpillum*, *Ocymum*, & id genus, quæ tamen ſingula noſtris in frigidioribus terris creſcentia, vel non eâdem balſamica volatilitate & efficaciâ, vel profectò non eâdem ſuavitate gaudent. Interim tamen ſubinde in Affectibus Capitis, ut loquuntur, frigidis, ſive à ſero viſcido, ſalſoque, aut etiam pituitoſo dulci, ſed lento vel tenaci, oriundis, non ſine ſucceſſu in uſum trahuntur.

§. 4. Quan-

§. 4. Quando Capitis Affectus magis à ſtagnatione ſanguinis, propter ſulphureas particulas nimis exaltatas, oriuntur, tum Remediis non ſulphureo volatilibus, ſed potiùs nitroſis temperantibus, atque ſulphur exaltatum nonnihil ſupprimentibus utendum eſt, in quorum numerum referimus omnes plantas nitroſas, ex iisque paratas *Aquas deſtillatas*, vel *Syrupos*, verb. grat. *Lactucam*, *Portulacam*, *Endiviam*, *Fragariam*, *Malvam*, *Taraxacum*, *Cichorium*, *Beccabungam*, quibus addere licet adhuc alias, paucis ſolùm ſulphureis particulis conſtantes, ſed circulationem ſanguinis hinc inde præpeditam egregiè reſtituentes, ut ſunt v. gr. *Agrimonia*, *Succiſa*, *Fumaria*, *Scabioſa*, *Carduus benedictus*, aut *Mariæ*, *Burſa paſtoris*, *Cichorium*, *Verbena*, &c. ſed & hic Cephalica abſorbentia proſunt, v. gr. C. C. *ph. ppt. Calvaria cervi ppta*, *Cranium humanum pptum*, *Ebur raſum*, vel *pphicè paratum*, *Succinum album pptum*, *Cinnabaris* partim *nativa*, partim *Antimon. optimè correcta*, *Diaphoreticum ſolare* & *lunare*, *Margaritæq.*, ob pretii magnitudinem, non niſi divitibus & paranda & præſcribenda, quorum loco ſufficiunt nobis *Diaphoreticum ioviale*, *Materq. perlarum*, *aut Conchæ pptæ*.

§. 5. Tandem Affectus Capitis plures, vix niſi à ſpiritibus, ſive nimiùm ſopitis, aut deficientibus, ſive nimiùm irritatis derivari poſſunt. In ſopitis-ſpiritibus, quemadmodum exiſtunt in ſoporoſis Affectibus, febre abſente, proſunt *Volatilia balſamica*, ſuperius jam deſcripta, Febre autem præſente, *balſamico-ſulphurea* particulæ exulare debent in Remediis, & *ſoli Spiritus ſalini volatiles*, vel *Salia* etiam *volatilia* non oleoſa præſcribi debent; Doſis quidem *Spirituum volatilium* ſive *balſamicorum*, non niſi

ad

ad xxx. usque guttas extendenda est, sed dosis *Salium volatilium*, utpote magis concentratam vim habentium, tantum ad x. aut xv. grana accedere debet, nisi in casibus desperatis. In utroque sive febrili, sive non febrili cephalico Affectu, prosunt *Cinnabarina*, ut & ex *Craniis animalium* parata medicamenta; hæc enim indifferenter tum nimiam sulphurearum particularum oppressionem corrigunt, sicque eorundem exaltationem promovent, tùm etiam febrilem turgescentiam Massæ sanguineæ temperant. In Affectibus, ubi Spiritus nimium sunt irritati, velut in Vigiliis nimiis, Epilepticis atque Convulsivis motibus, præter *Cinnabarina*, *Succinata*, v. gr. *Liquorem C. C. succinatum*, etiam *opiatorum* & *theriacalium* habenda est ratio, quippe quæ propter *Sulphur Opii crudum*, & minus purum, spiritibus animalibus quietem placidam inducunt, modò justâ fuerint exhibita dosi: Ita *Theriacam Andromachi* ad ʒj. *Syrupum hypnoticum*, vel *anodynum* ad ℥j. *Theriacam cœlestem ad gr.* v. *vel* vj. *Laudanum opiatum ad gr.* j. *vel* iß. *Tincturam opii liquidam ad gtt.* x. *Tinct. Opii Langelotti ad gtt.* iiij. si crassior est, exhibere licet.

Formulæ Cephalicorum.

℞. *Herb. Thée opt.* ℥ij.
D. ad ch. pro Infusò parando. Vel
℞. *Fol. Beton. Sanicul.*
Pyrol.
Meliss. Salv.
Thym. Veron.
Agrimon.
Matrisylv. ana Mj.
Flor. Tun. Keir.
Paralys. ana pij.

Incis.

Incis. tenuiter misc. ad scat.
℞. *Essent. Succin.*
Beton. ana ʒij.
Zedoar. ʒj.
M. d. ad Vitr. Dos. ʒß. Vel
℞. *Salis volatil. oleos.* ʒij.
Tinct. Antim.
Aqu. Cinam. cum vin. ana ʒj.
M. d. ad Vitr. Vel
℞. *Spirit. Salis armon. anis.*
Liqu. C. C. succ. ana ʒij.
M. d. ad Vitr.
℞. *Aqu. Beton. Salv.*
Meliss. ana ℥j.
Elix. vit. Matth.
Aqu. Antapopl. B. ana ℥ß.
Syrup. Pœon. ʒvj.
Spec. cephal. Mich. ʒß.
M. d. ad Vitr. Ut sæpe cochleatim sumatur.
℞. *Aqu. Verben. Hed. terr.*
Lactuc. ana ℥j.
Syrup. viol. purp. ʒvj.
Sal. vol. C. C. ℈ß.
M. d. ad Vitr. pro dosi.
℞. *Aqu. Taraxac.*
Portulac.
Card. bened.
Syrup. de Nymph.
Beton. ana ℥j.
Sal. vol. ol. ʒj.
M. d. ad Vitr. pro 2. dosibus.
℞. *Spodii ppt.*
Radic. Doronic.
Cran. hum. ppt. ana ʒiß.
Semin. Pœon.

Diaph.

Diaph. jovial vel
Lunar. ℥j.
Sacch. penid. ℥iij.
M.F.Pulv.subt. d.ad scatul. Dos.℥j. *m.& v.* Vel
℞. *Radic. Filipendul.*
Semin. Aquileg.
Crystall. alb.ppt.
Ungul. alc.ppt. ana ℥j.
Bezoard. min.
Cinnab. nat. opt. ana ʒß.
M.F. Pulv.subt. in 12. *part. æqu. divid.ad ch. & m.ac v.sumend.* Vel
℞. *C. C.ust.ppt.*
Succ. alb. ppt.
Antimon. diaph.
Dent. Hippopot. ppt.
Ægagropil.ppt. ana ℈ij.
Sacch. ros. tab. ℈iiij.
M. F. Pulv. subt. detur ad scat. Dos. m. ac v. ʒß. Vel
℞. *Pulv. Fol. Majoran.* ℥j.
Semin. Aquileg. ℥ij.
Unicorn. mar. ppt.
Bezoard. jovial. ana ℥j.
Macis,
Cubebar. ana ʒß.
Sacch. ros. tab. ℥ij.
M. F. Pulv. subt. detur ad scat. Dos. m. ac v. ℥ij. Vel
℞. *Extr. Beton.* ʒß.
Spec. ceph. Mich. ℥j.
Misc. cum Ol. dest. Lav. f. l. a. Pil. num. 45. *pro* 3. *dosibus.* Vel
℞. *Aqu. Verben. Rosar.*
Heder. terr.

Card. bened. ana ℥j.
Acet. rosac.
rutac. ana ℥ß.
M. d. ad Vitr. pro Epith. Vel
℞. *Aqu. Beton. Salv.*
Fumar.
Spirit. Lil. convall.
Aneth.
Meliss. ana ℥j.
M. d. ad Vitr. Usurpetur ut supra. Vel
℞. *Herb. recent. Rut.*
Hed. terr.
Verben.
Summit. Rorismar.
Thym.
Majoran.
Baccar. Juniper.
Micar. panis ana q. v.
Incis. & contusis permisce vel Acetum aliquod, vel Vinum, vel Spiritum ardentem quendam, & sub formâ Cataplasmatis calidiusculè inter lintea applica. Vel
℞. *Aqu. Fumar. Succis.*
Beton. Rosar. ana ℥j.
Album. Ovor. num. ij.
Spir. Cerasf. nigr. ℥iß.
Essent. Croc. ʒj.
M. ad Vitr. Ut supra. Vel
℞. *Nucl. persic.* ʒij.
Sem. 4. frigid. maj. ana ʒj.
Papav. alb. ʒij.
Aqu. Nymph. Cichor.
Hed. terr. ana ℥ij.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Aceti rutac. ℥iß.
D. ad Vitr. pro Epithem.

CAPUT